

Ukázka starého tisku – inkunábule z roku 1478

Název: Rudimenta grammatices Nicolai Perotti
Místo uložení: zámek Kynžvart, Česká republika
Signatura: 20-E-21 (14032) Hs. Kynžvart 45
Doba vzniku: 1478

Fol. 1r–110r

Inc.: Nicolai Perotti ad Pyrrhum Perotum nepotem ex ftatre svavissimo Rudimenta grammatices

Expl.: Impressum Mediolani M CCCC° LXXVIII. Finis.

Perottus, Nicolaus: Rudimenta grammatices. Milano, Leonardus Pachel et Uldericus Scinzenzeler, 1478. 2o. HC 12658

Lit.: Goff P-312. Šimáková 748, Šimáková, Vrchołka 1477

Přepis:

(fol. 36r) De constructione orationis

Quid est constructio? Est debita dispositio partium orationis in ipsa oratione.

Adiectivum cum substantivo in quot accidentibus convenire debet? In tribus: in genere, numero et casu; ut *Pyrrhus modestus* et *Penelope pudica*.

Nominativus cum cum verbo in quot accidentibus convenire debet? In duobus: in persona et numero; ut *Pyrrhus discit*.

Relativum cum antecedente in quot accidentibus convenire debet? In genere, numero et persona et aliquandi in casu; ut *Pyrrhus qui legit*, *Penelope quae cantat*, *templa quae aedificantur*, *urbem quam statuo vestra est*.

Quae sunt verba, quae tam ante se quam post se exiguunt nominativum casum? Duo: substantiva, verba sum et existo; ut *sum bonus*, *sum doctus*; item quinque vocativa *vocor*, *dicor*, *nominor*, *nuncupor* et *appellor* – ut *dicor Pyrrhus*. Item *fio* – ut *ego fio quotidie doctior* et *ego factus sum eques*. Praeterea omnia fere verba, quae reciproce dicuntur; ut *ego evado*, *doctus*, *efficior*, *fortis*, *scribor*, *magnanimus*, *cantor*, *liberalis*, *praedicor*, *pius*, *sto*, *immobilis*. Et similiter *tu evadis*, *efficeris*, *scriberis*, *cantaris*, *praedicaris*; *ille evadit*, *efficitur*, *scribitur*, *cantatur*, *praedicatur*, *doctus*, *fortis*, *magnanimus*, *liberalis*, *pius*, *immobilis*.

Quotuplex est verbum? Duplex: personale et impersonale. Personale est quod habet distinctos numeros et personas; impersonale quod caret numeris et personis.

Quid est verbum actum? Quod in eo desinens facit ex se passivum *m*, *or*, ut *amo*, *amor*.

Excipiuntur facio et composita eius; ut *frigefacio*, *calefacio*, *parvifacio*, quorum passiva sunt *fio*, *frigefio*, *calefio*, *parvifio* et reliqua.

Verba activa quos casus exiguntur? Nominativum semper ante se pro re agente, post se accusativum vel dativum pro re paciente; ut *amo te* et *invideo tibi*. Nonne exigunt etiam infinitivum; ut *cupio legere*? Infinitivum eo loco in vim nominis transit et est indeclinabile, unde cum adiectivo coniungitur; ut apud Persium: *Scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciatur*. Et alibi: *Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno*.

Nota, quod interdum absolute ponuntur verba activa; ut *ego amo* idest amore captus sum, et *cogito* idest cogitabundus sum.

Nota etiam, quod ultra proprios casus omne verbum potest habere dativum.

Nota bene

Všimněte si v textu:

- všeobecného zkracovacího znaménka
- zkratky pro *-er-* ve slově *verba*

- zkratky koncového *-ur-* ve slovech *scribitur*, *cantatur* apod.
- ligatury *ct*
- různých funkcí předchůdců interpunkčních znamének
- zkrácených tvarů vztažných zájmen *quod*, *quae*, *quam*
- tvaru zkracovacího znaménka pro *omnia* a jeho formy